

haec nostra donatio in posterum a quoquam non possit immutari revocari infringi vel etiam retractari, hanc paginam inde scriptam ad cavendum dictae ecclesiae sigillo nostro fecimus roborari. Huius rei testes sunt Heidenricus Misnensis ecclesiae praepositus, Vlricus de Vriderberg, Vlricus de Lach, Heinricus marschaleus, Sifridus de Alslieven. Acta sunt haec Misnae III°. kalendas Decembris anno gratiae M°.CC°.XXXV°. indictione octava.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das an Fäden von rother und blassgelber Seide befestigt gewesene Siegel fehlt.

Märcker Burggrafs. Meissen S. 408.

### No. 156. 1242.

*B. Conrad eignet mit Zustimmung des Capitels dem Chorherrenstift das von Scisemo von Schosebrode erkaufte Dorf Grossranis<sup>a)</sup>, das dieser von den Burggrafen zu Dohna, letztere aber von ihm zu Lehn besessen.*

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Cunradus dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus universis Cristi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et veram in domino karitatem. Quoniam labilis est hominum memoria, expedit ut ea quae legitime ordinantur non solum testimoniis hominum, verum etiam privilegiorum munimine ad aeternam rei memoriam roborentur. Inde est, quod universis tam praesentibus quam futuris volumus notum esse, quod nobiles viri Heinricus et Otto burchrauii fratres de Donin villam quae vocatur Ranis maius<sup>a)</sup> a nobis iure feudali tenuerunt, et Scisemo miles de Schosebrode tenuit ab eisdem, et idem Scisemo de consensu nostro et capituli nostri vendidit praeposito Alberto et conventui sanctae Afrae ecclesiae pro centum quinquaginta quinque marcis ipsam villam cum XXXVIII censualibus mansis, solventibus in censu singulis annis in festo sancti Martini novem talenta et tredecim solidos Vribergensium denariorum, vendidit praeterea eidem conventui iam dicto tabernam in eadem villa solventem specialiter unum talentum eorundem denariorum et decimam ex integro eiusdem villae, cuius summa est tres maldratae siliginis et totidem avenae Dresdensis mensurae et sexaginta octo pullos et in festo paschae novem scoccos ovorum percipiendos; et vendidit ipsi forestum ad eandem villam pertinentem, qui incipit in via, qua itur a maiore Ranis versus Dresden et protenditur ad montem, qui praecedat Trachennowe<sup>b)</sup> et terminatur in via, qua itur de Bokoisdorph<sup>c)</sup> contra Dresden. Facta igitur hac emptione et fructuum omnium proventibus ac ceteris ad eandem villam pertinentiis coram nobis nominatim expressis et praesentibus annotatis, praedictus Scisemo ipsam villam in manus praefatorum burchrauiorum Heinrici et Ottonis fratrum de Donin et postmodum illi duo burchrauii in manus nostras publice resignarunt memorato conventui conferendam. Nos igitur paterno affectu dilectis nostris spiritualibus filiis ob favorem religionis consulere volentes saepe dictam villam cum omni utilitate et fructu, qui nunc inest

a) Nicht Rähnitz b. Dresden, sondern wahrscheinlich das nahe dabei gelegene heutige Wilschdorf, wie sich aus der weiteren Beschreibung der Ortslage, der starken Hufenzahl und daraus ergibt, dass dort eine Kirche sich befand. b) Trachenberg b. Trachau. c) Boxdorf, Par. Reichenberg.